

# INSTRUMENTVM DOMESTICVM

## REGIONVM ITALIAE PRIMAE ET TERTIAE INSVLARVMQVE MARIS TYRRHENI.

Colligendo instrumento domestico ita operam dedi, ut quantum fieri potuit eicerem quae in regionibus iis, de quibus agitur, non eruderata sunt, sed rerum antiquarum commercio ad musea harum partium pervenerunt; haec enim ut ex urbe Roma potissimum veniunt, ita secundum nostri operis institutum omnia edentur cum instrumento urbano. Itaque eius generis quae habui descripta in museis maioribus et magna ex parte urbanis emptionibus constitutis, ut sunt publicum Neapolitanum, Borgianum quod fuit Velitris, musea duo Panormitana Benedictinorum et Iesuitarum et Astutianum Notense iam translata omnia in publicum Panormitanum, Catanensia duo Benedictinorum hodie publicum et Biscarianum, ubi de origine testimonia deficerent et res urbano instrumento magis convenire viderentur quam harum regionum certo et testato, collegis edenda tradidi. Retinui autem cum quae originem

testatam habebant omnia tum quae sua natura ab urbanis abhorrebant. Ita signacula aenea cum extra urbem longe frequentius inveniantur quam Romae, in museis illis quae servantur omnia admisi. Retinui item in museis minoribus vel apud privatos deprehensa omnia exceptis iis, quae aliunde adlata esse testes narrant. Itaque etsi de originibus multa dubia et incerta remanserunt, quatenus syllogae hae perveniunt, aliquatenus opinor patefacient, cuius generis supellex per singulas regiones potissimum deprehendatur. Ceterum quod saepe dixi, hic quoque repeto has inscriptiones, maxime vasculorum et lucernarum et signaculorum, tractandas esse ut tractamus nummos, nec nisi coniunctis per singula genera exemplis longe lateque dispersis certum de iis iudicium ferri posse. Nos interim ei curae aliquatenus viam expedivimus compositis iis quae si hic omitterentur, collectores futuros ex parte certe laterent.

### *Tegulae Bruttiae.*

8041 1 [= 6306; 2] a Monteleone [apud Capiabium].

b ad Nicoteram rep. a. 1879 nel fondo Monte in contrada Parnaso.

C · L · CAESAR

a Capiabium inscr. n. 106. 107. In illo exemplo est CAESARVM.

b Corso apud Fiorellium *not. degli scavi* 1879 p. 124.

Observandum est in Brutiis tegulis ita nominari posteros M. Agrippae, ut inde colligas eum in his partibus tegularias habuisse. Scilicet ut haec tegula filiorum Agrippae est, ita Lepida M. Silani quae nominatur n. 19. 20. 21, neptis eius est ex filia maiore Iulia nupta M. Silano consuli p. Chr. 19 (Eph. epigr. 1 p. 58), Agrippina autem quae Lepidae adiungitur n. 20, aut filia est Agrippae minor nupta Germanico aut neptis mater Neronis. Videntur itaque defuncto Agrippa filinae illae ad filios eius filiasque aliquo modo pervenisse. Agrippa autem cum heredem certe ex maiore parte Augustum relinqueret (Dio 54, 29) nec filii duo Gaius et Lucius ab eo vivo in adoptionem dati iure ei heredes esse possent, fortasse hanc partem patrimonii hereditate ad se delati Augustus ex parte filiabus defuncti concessit, ex parte Gaio et Lucio tribuit. Hoc iuris Romani peritis diligenter expendendum est filios Augusti ante eum defunctos, cum in potestate patris essent (certe emancipationis eorum neque auctores meminerunt nec per se ea probabilitatem habet), nihilominus aut patrimonium habuisse aut certe peculium ad patrimonii formam prope accedens.

8041 2 a non lungi dal Pizzo, in luogo oggi detto la Perrera.

b allata dicitur ex Sicilia [Caerleon in Britannia mus.].

† REG D N THEODE  
RICO BONO ROME

a Tranquillo *istor. del Pizzo* (1725) p. 26 sic: REGNANTE TITO.

b Huebner descripsit, legens 2 ROMAE.

Est urbana Mur. 266, 8, Marini *dol. ms.* n. 152. Dedi ut constanter legi ait Dresselius.

3 [= 15] Monteleone [Capiabium].

M A litt. cavis

Capiabium *mem. dell' istituto* vol. 1 p. 186 n. 28, inscr. n. 66.

4 [= 93] a Monteleone [Capiabium].

b Monteleone [Cordopatri].

D O F F D litt. a dextra  
D A N T I D ad sinistram

a Descripsi. Capiabium *mem. dell' istituto* p. 186 n. 20, inscr. n. 91, legens A pro A.

b Descripsi.

5 Monteleone [Cordopatri].

A I S O E <sup>sc</sup>

Descripsi.

*Aristotel(is) Sc...*

6 [= 35] Monteleone [Capiabium].

A · AVLIVS

Descripsi. Capiabium *mem.* p. 186 n. 8, inscr. n. 80.